

Astronomicæ contineat. Nos è multis paucas, & carptim quidē illas attingemus, quæ nostro tñ pposito seruiunt. Haud eñ diu immorandū putauis his, de quibus tot alij pertractant copiose. Ergò Sol cū sit Canon quasi quidam ad inueniendos reliquorū Planetarū motus, conueniens est primo loco definire, & quatenus fieri potest, oculis etiam subiçere, quid sit medius eius motus, quid linea medijs, quid uerus, quid item eius apogeion & perigeion, quid argumentū & æquatio. Hæc nanc̄ omnia, ad eius motus uestigationē sunt cognitu necessari per Medium uocarūt, quod illo mediante, & tanç regula uerus in iratu. Definitur autem arcus Signiferi ab Arietis initio ad medijs motus lineam protensus. Linea porrò medijs motus, hoc cō dicitur, quæ è mundi centro ad Zodiacum protenditur, æquidistans Lineæ protractæ à centro eccentrici, per centrum Solare. Intelliguntur facilius hæc q̄ scribuntur, si præsertim subpositū Schema inspi- cias. Verus motus est, Arcus signiferi ab Arietis initio, secundū signorum consequentiā, ad ueri motus Lineā supputatus. Hæc uero Linea, à mundi centro, recta per centrū Solis, ad signiferum porrigitur. Et quoties Sol decurrerit in auge, uel in augis oppo- sito, necesse est medium à uero motu nihil differre. Vides enim tum Lineas illas duas, è mundi centro exortas, & ad signiferum porrectas concurrere. Aux Solis, quam significantius dixeris apogeion, uel summū fastigium, Definitur semel, Circuli ecen- trici punctus à mundi centro remotissimus. Sic oppositū augis, quod perigeium, uel ipsum etiā dicitur fastigium, Circuli ecen- trici punctus est centro mundi maxime uicinus. Duo hæc pun- cta, inter se opposita, collocata cernis in ambitu eccentrici, & quidē in Linea, quæ recta ducitur per centrum mundi, pariter & per centrū circuli eccentrici. Apogeion in altera significatio- ne, est arcus à principio Arietis, secundū signorum consequentiā, ad augis, hoc est, summi fastigij punctū supputatus. Argumen- tum Solis, uocarunt arcum Zodiaci inter augis Lineam, & me- dij motus Lineam, iuxta signorum successionē. Hinc quoties au-

C 2 gem